

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad
Adventum

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Hydropisis animi Concupiscentia quò sibi est indeulgentior, sibi est dirior.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44846

Rom. 12. Cura non humilitate frangam superbiam. & percutienti maxillam offeram alteram dicente. Apostolo
Paulo: Vincit in hono malum. Nenne Apostoli gloriorabuntur, quando pro Domino sunt passi consumelli? Nonne ipso Salvator humiliavit se, formam servii accipiens, & factus est obediens Patri usq; ad mortem. & mortem Crucis, ut nos sua passione salvaret: lob nesciasset. & visisset in prelio, non accepisset coronam iustitiae, nec audisset a Domino: putas me aliter locutum tibi, quam ut apparet iustus? Beati dicuntur in Evangelio, qui persecutione patiuntur propter iustitiam. Secura sit conscientia,

Ad. 5.

Philipp. 2.

Iob. 42.

Matth. 5.

quod non propter peccata patiamur, & afflictio in seculo, materia priorum est. Si quando precacion fuisse inimicus & usq; ad terrororum iugis priflisi, illud p/ alterij decantabat: Cum consideret adversum me peccator, obmutui, & si in a bono: Et rursum: Ego autem quas iurdus non audibam, & Ps. 38. quas tu me non aperies os tuum. Et factus sum si Ps. 37. cui homo non audiens, & non habens in ore suo increpationes.

Vide in 2. parte, Feriam 3. infra Hebdomadam Septuagesimæ.

Ecce homo quidam Hydropicus erat ante illum. IUC. 14.

VERITAS PRACTICA.

Hydropisus animi Concupiscentia, quod sibi est indulgentior, sibi est dirior.

RATIO EST. Quia sibi est dirior, quod malum suum magis auger.
Sed quod sibi est indulgentior, eo malum suum magis auger.
Ergo & iò sibi est dirior. Ac proinde carunda talis indulgentia, postulandaque sanitas a Christo domino.

L P U N C T U M.

AN se sua sponte hydropicus produxit in conspectum Domini, ut ab eo sanaretur: an illum intruserint Pharisei, ut occasione Christi darent faciendu quod arguerent, si cum sanaret in die sabbati, dabitari potest; sed parum refert ad fructum eliciendum ex illius aspectu hominis qui pravam Concupiscentiam, sive honorum, sive commoditatutum, sive voluntutam aperiere refert, ut vixilio corporis morbo representetur aptius. Sic sancti Patres, quos inter luculentem S. Augustinus: Et habes & concupisces, plenus es & situs: hydropem habes Concupiscentiam. Et rursum: Hydropicus dives avarus, qui quo magis abundat, magis scit. S. rem Gregorius: Sanatur Hydropicus ante Pharizeum: per agitudinem enim corporis illius, hujus cordis aegritudo exprimitur.

Moj. 14. Cum porro multa sint in quibus utraq; simul conveniat hydropisus, tam in eo præcipue quod pridem Poeta dixerat: Crescit indulgens sibi dirus hydrops. Satis id patet in corpore, quam vero non minus sit verum in animo, sic proposita Veritas toudem pese verbis exprimat, Hydropisus animi Concupiscentia quod sibi est indulgentior, sed sibi est

dirior. Quod certè si attenè consideretur, non parum valet ad coërcendam illam indulgentiam. Sic autem evidenter declaratur. Ed sibi qui quis est dirior quod suum ultrò & sponte malum auger, malum scilicet quod est manifestè perniciolum animo, vel etiam corpori vel utriq. Simul vel alterutri separatum. Sunt itaq; triadic malorum genera distinguenda. Primum est eorum quæ corpus quidem affligunt, sed vel ipsi corpori vel animo salubritatem conferunt, ut medicinae, jejunia, Meditations & pœnitentiaz voluntaria, quæ sunt quidem mala corporis, sed mala salubris & necessaria, quando discrete, opportunè & rationabiliter usurpantur. Castigo priuatum & in 1. Cor. 9.

Secundum genus eorum est, quæ solam affligunt animum ut Contrito, Zelus, Compassio & similia quæ dolorem certè incurunt, sed salutificū & optrandū. Et si contristatus es in Ep. 6. sola, non 2. Cor. 7. me paenitet, inquit Cypostolus, nisi paenitere, videt quod epistola illa, nisi ad horam, vocantis istavit, nunc gaudeat, non quia contristati es, sed quia contristasti es tu ad paenitentiam. Contristationem est secundum Deum, ut in nullo derrimendum patiamini ex nobis. Quia enim secundum Deum tristitia est, paenitentiam in salutem, stabilem operatur: facili autem tristitia morem operatur. Qd. tristitia vestra vestra tanquam vestro malo, nisi tristitia vestra bona esset & vestrum bonum.

Unde tertium est malum genus quod est animi vel corporis, & utrique sic perniciolum ut non modo sit infragserum & euallius emolumentum, ut

D 2

fit

sit etiam nocivum sanitati & saluti. Qualis est illa tristitia saeculi, tristitia de amissione temporium aut de alio quo vis aduerso casu, que quidem naturalis est & humana quoad primos facte motus, sed dum ultra augetur quia verbis, quia laetitiae, quia diurnis & nocturnis complorationibus, crudele est, siveum ac dirum malum, tanquam dicitur: sibi quis est dicetur, quando malum hoc sibi valens augebit. Tristitiam non des animatus, & non astigas temetipsum in consilio tuo. Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Nonne hoc est crudellem & dictum sibi esse, sic seipsum gratis occidere?

Eccl. 30.

Pr. 2.

Eccl. 7.

Iac. 4.

Tob. 12.

Atque idem de saeculari gaudio dixeris quod ex ambitione, ex luxu & gula, & aliis saeculi voluptatibus percipitur, sicut perniciolum est animo malum, & saepe corpori, sic quisquis sibi malum illud auget, sibi est plane dirus. Qui letantur cum male facient, & exultant in rebus pessimis, quorum via per versa sunt, & infames gressus eorum. Tunc melius est ire ad domum lucis quam ad dominum convivij. In illa enim fructu cultiorum admonetur hominum, & vivens cogitat quid futurum sit. Tunc dicitur, misericordie & lugere. Explorate risus vestrum in lacum convertatur, & gaudium in maledicentia: quia scilicet talis risus malum est anime, quod quanto quis sibi auget, sibi certe est divisor. Nonne propterea dictum ab Angelo, quod qui faciunt peccatum & iniuriam, hostes sunt animae sua: Cur porro nisi quia peccatum est animae malum? Et nonne idcirco etiam quod qui malum illud in se augebunt, eo sibi divores erunt hostes?

II. PUNCTUM.

SED quod sibi est indulgenter Concupiscentia, eo malum suum magno auget.

Primo quale sit malum Concupiscentiae, sic universim describit S. Bernardus. Quid in homine purum ab hac macula, immunit ab hoc contagio posse tribul. terit inventur. Ab iniuria manat, de corde exit pestiferum virum, ac deinceps corpus occupat nesciuia, mentem desiderium afficit, membra illicebit & inficit. Inde pruritus aurium, oculorum petulatio, inde olfaciens voluptas, inde in fauciibus tam inordinata delellatio, inde in universo corpore mollescit sensus, & libido perniciosa tangandi: inde inius in anima obrietas illa desideriorum, & fornax quadam ambitione, avaricia, inuidia, contumacia, nequitia & omnium denique vitorum affectus, his vehementer accusata. Et paucis interiectis: et plants pedu usq; ad verticem non est janitas in me, totum infestis Con-

cupiscentia. Lex peccati in membris omnibus inventur, undique per senes & mors intrare contendit: & intus fomes totius nequitia periculosa facit, crudelius malignatur. Brevius quidem sacra Scriptura, sed efficacius mala hæc omnia comprehendit, quando totius mundi malitia & cuncta omnia pernicies hominum ad hanc unam referit causam: Radix, inquit, omnium malorum est cupiditas. Et rursum: fugientes ejus quia in mundo est concupiscentia corruptionem, q.d. si hanc effugeris, sic totam mundi malignitatem effugies: aut e contra, si praecedit, sicut anima tua cōcupiscentias ejus faciunt in ganzum inimicum. Id est, in potestate corum devenies peristi. Nihil magis ambit Dæmon quam ut illi indulget. Nihil minatur Deus acerbus quam quod, Ibi in adiunctionibus suis, dimisit eos Ps. 80, secundum desideria cordu eorum.

Deinde vero, quod hic præsternit proponitur expendendum, Quod Concupiscentia sibi fuerit indulgentia, eo malum illud suum adaugebit: nam vel peccata erunt graviora & frequentiora, quod certè magnum est mali augmentum, vel ipsa vehementius inflammatum: Concupiscentia, ut non modo ad singularem aliquem virij atque repente convolat, sed inde ad omnes proueocat, accidat acrius, & quod plus sunt poterat plus sitiantur aqua. Sic enim, ignis est qui non Provo, quam dicit sufficit, & qui somnium alitut: Sanguis fugia est cuius filia seu commotiones sic dicunt ib. semper, affer affer, ut id dicant importunius, quod plura illis attuleris: Filiae sunt illæ qui bœs non est Eccl. 7, hilaris offendenda facies, ut moneret Sapiens. Servus Pr. 19, ille est quem si delicate nutritur, postea senties eum contumacem. Ancilla illa est quæ si fuerit hares Domine, tantam exercet in potentiam, ut non possit eam subinera serva. Vnum illud denique quod lb. 25, aspicit quando slave sit: Secundum resplenduerit in vitro color ejus, angreastur blandus: sed in novissimo mortale it ut coluber, & sicut regulus venena diffundet. Nonne hoc est malum augeri blanditus? nonne hoc est Concupiscentia perniciem ex indulgentia crescere? nonne hoc est de quo deinceps dubitandi nullus superfit locus, cimm id tam variis Scriptura symbolis & figuris expresserit?

III. PUNCTUM.

ERGO hydropis animi: Concupiscentia quod sibi est indulgenter, eo sibi est divisor, quia malum ipsa suum dum nutrit, auget: & dum malum suum auget tam dicta sibi est, quam grave est illud malum quod foget. Quid autem gravius malo illo quod,

Serm. 3. quod est malorum omnium radix & seminarium?
 Hoc est crudelis bestia, serpens pessima rapacissima lupa
 di Resurr. ex leona sauvissima Si D Bernardo credimus. Hic
 ille serpens quem maximè nobis timebat Aposto-
 lus, ne sicut Euan seduxit astuta sua, ita corrumpantur
 sensus nostri. & excedant à simplicitate que
 est in Christo. PRON A est enim in ventrem dele-
 L.6. ap. 42. tatio sicut serpens, ait Sanctus Ambrosius: non pa-
 dibus incedens aut illu elevata cruribus, sed sinu-
 oso fluxu totius velut corporis sui lubrica. Ester-
 racibus est sicut jerpani, quoniam escam nescit
 calidem. Corporalibus enim pascitur, atque in
 varias mutatur species cupiditatum & tortuosis
 angulatur anfractibus. Venenum in dentibus ha-
 bit, quibus unusquisque se eviscerat luxuriosus,
 billus interneat, abliguror perimit. Quantos
 ruperunt vinae dissolutae obrietas & distendit cru-
 das?

Quidnam. Hinc & aperte sanctus Chrysostomus vitam in
 laicos nisi deliciis politam Metintri comparat, cuius et si
 alijs cultus quidem & ornatus appareat splendidus,
 ipsa tamen eius facies paulò attentius intuenti
 sit foeda, horrida, anara, crudelis. Unde &
 pergens: Et in hoc maximè est, inquit, in quo sine
 venia habendi sunt cuncti quos decipit: quod cum
 tam turpis sit eius visus, barbarus ac trucu-
 lenus, tamen mulieres capiantur. Et cum vi-
 deant apud eam cruenta omnia, pericula, morti-
 bus & precipitiis plena: cum quo eam fipari vi-
 deant sodalitus pessime, consumelius dico, livore,
 insidio, metu, iugi, tremore frequenti, & mille au-
 liis hujusmodi infaustis consoribus velut anguum
 corona circumdati, fructum vero in hu nullum
 alium nisi interitum esse, perniciemque perpetuam,
 expetitur tamen à pluribus, & amabilu exopabi-
 lisque habetur!

Rom. de le. Quamobrem, ut scribit sanctus Basilius, to-
 gredi G. sum est corpus castigandum, ac fera cuiusdam in-
 fieri cohibendum. & ab ipso adversus animam
 tumultus orientes; Ratione veluti flagello compen-
 sandi, ne fratum voluptati omnino laxando,
 Mens velut auriga ab equis consumacibus misere-
 riè rapiatur; ac inter cetera, Pythagora memini-
 se dicit oportet, que videns quandam se cibis lauid-

curantem ac saginanteam, Heus, inquit, miser, non
 desines continuò duriorem tibi carcerem prepara-
 re? Et ne forsan frangaris animo, tanta tuæ
 concupiscentiae potentia perturbatus, vel ad-
 hibenda castigationis tam cerebro repetitis ad-
 monitionibus pertterfactus, Audi Consola-
 tionem, inquit sanctus Bernardus: peccatum
 in foribus est; Nisi aperias, non intrabit. Appar-
 tus in corde bruit, sed sub te est: nisi sponte cessa-
 ris, nihil norbit. Audi Consolationem: Concen-
 sum cohibe, ne pravaeant hec, & immaculatus
 eris, ut sine macula ingrediaris & ipse ad habi-
 tandum in tabernaculo, & requiescendum in
 monte sancto Domini Deitatu. Si si non fuerint
 dominatus tunc immaculatus erit, & emundaber-
 is à delicto maximo. Maximum plane delictum
 quod interiorum & exteriorum hominem occupat
 universum.

Vide in 1. parte, Feria quintainfra Hebdomadam

quintam post Epiph. In 2. parte, Feria 5. infra quinquagesimam: Fe-
 ria 4. & aliis sequentibus infra Hebdomadam Paschalis: Feria 4. & 5. infra Hebdomadam 1. post Octavam Paschæ. In Festo san-
 ctæ Marci. In sexta & septima Consideratione
 de variis statibus.

In 3. parte, Feria 4. infra hebdomadam 5. post
 Octavam Pentecostes. Sabbato infra Heb-
 domadam nonam: ac præcipue Feria 6. in-
 fra decimam quartam, ubi hac Veritas pro-
 ponitur precedenti fatus conformis:

Eisti in aliis Concupiscentia sapè pec-
 catum munuit, in te tamen sæ-
 pius auger.

Vide etiam in Consideratione de voto Castita-
 tis.

In 4. parte, Feria 4. infra Hebdomadam 17. Fe-
 ria sexta & Sabbato infra decimam octavam,
 Feria 6. infra decimam nonam. Sabbato infra
 vigesimam tertiam. Tota penè Hebdomada
 vigesima quarta. In Festo sancti Michaelis, &
 S. Angelii Custodis: & S. Lucæ.

DE SANATO HYDROPOICO.

Ipse verò apprehensum sanavit eum, ac dimisit.

VERITATES PRACTICÆ.

*Quod gravius in te est malum, hoc minus vis sanari.**Vide in 1. parte, Feria quinta infra Hebdomadam sextam post Epiphaniam.*

In plagiis sanitas.

Vide in 2. parte Dominicam. 1. post Pascha.
*Quod vidēris tibi velle, velles quidem, sed verè non vis.**Vide Feria 2. infra Hebdomadam 12. ad hec Christi verba, Vujanus fieri.*

CONTRA SUPERBIAM VEL AMBITIONEM.

Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco.

VERITATES PRACTICÆ.

*Qui se Christi exemplo non humiliat, exemplo Dæmonis humiliabitur.**In 2. parte, Fer. 4. infra Hebd. Septuagesima.**Qui se statut honores mundi quos fugit Christus, à Christo fugit ad mundum.**Dominica 4. Quadragesima.**Gloriam Christi vertimus in ignominiam, si aliam à Christo querimus gloriam.**In 3. parte, Feria sexta infra Hebdomadam primam post Octauam Pentecostes.**Videnda tota Hebdomada infra Hebdomadam duodecimam, in eadem 3. parte.*

DE HUMILITATE.

Cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco.

VERITATES PRACTICÆ.

*Humilitas ita pugnat cum honoribus, ut non repugnet obedientiæ.**Quod quis est major, eò est humilior.**Se anteponit Christo, qui se omnibus non postponit.**In 1. parte, In tribus postremis secunda Advitus Hebdomade feris.**Quantò se humili minorem facit, tantò magis magnificat Christum.**In 1. parte, Feria 4. infra Hebdomadam 4. Adventus.**Veras virtutes magistimes quam amas.*
*In 1. parte, die 19. Ianuarij.**Quod quis inferior est in ordine hominum, eò superior est in Christi ordine.**In 2. parte, Feria 4. infra Hebdomadam 4. Quadragesima.**Quae sunt ambitioso detrimenta, hæc sunt humili lacra.**Feria 4. infra Hebd. 2. post octavam Pasche.*
*Hic erit verè maximus, qui verè est minimus.**In Feste S. Francisci de Paula.*
*Qui eminentior est in eminenti scientia, minus inter homines eminere cupit.**Feria 3. infra Hebdomadam Pentecostes.*
Interrogatus quid primum, quid secundum, quid tertium, responde
Humilitatem.
Feria sexta hujus Hebdomadae.

HAC